

8.3 - *il Capitolo in tema di distribuzioni 1460. (c. 130. t.o - 131.)*  
**Desumptum ex libro Aequaliter Ann. 1502 - 3 - 4. c.179<sup>1</sup>**

(*settimo fascicolo - carta 130. tergo*)

In Christi (*inizia in margine*) nomine. Amen. Anno eiusdem nativ. mill.o quadring:o sexages.o indict. 8. die Martis 12. Mensis Augusti. Tar. in e.pali Palacio in camera ab undis.

Cum hoc sit, quod in eccl.a Cathedr. Tarv:na sint duo genera introituum, qui de tempore in tempus dividuntur, de quibus unum genus dividitur inter Vener. DD. Decanum, Can.cos, Vic. Perpet.m, et Mansionaros dictae eccl.ae, qui introitus vulgariter nuncupantur introitus Cap.li, et Commissariae q. D. Corradi, et aliud genus vocatur Equaliter, qui introitus dispensantur equaliter, et dividuntur inter praedictos DD. Decanum. Canonicos, vicar. perp., mansionarios, et praebendatos dictae eccl.ae et distributio talium reddituum multotiens dispariter et cum scandalo, et murmuratione dividuntur, quandoque inter absentes ad libitum, qui percipiunt porciones dictorum reddituum in damnum aliorum clericorum dictae eccl.ae, qui supportant onera dictae eccl.ae nocturnis et diurnis temporibus veniendo ad officia divina dictae eccl.ae, decorando et honorando dictam eccl.iam, ex quorum laboribus praedicti absentes dictis introitibus Cap.li, et equaliter locupletantur: et istis laborantibus, illi absentes gaudent, et laetantur, et etiam apud laycos de praedictis murmuratione non cessat; quod cedit ad dedecus totius ordinis clericalis dictae eccl.ae.

Et ad amovendum omne scandalum, quod ex tali inconvenientia sequitur, et sequi potest; et ut omnes, qui in eccl.a Dei laborant, et maxime in praedicta, secundum quod se gesserint circa divina officia diurna et nocturna percipiant quod justum est, secundum labores eorum, et frequentationes: Constituti coram R:mo in Kp.o P.tre et DD. Marco Barbo dei et ap.licae sedis gratia e.po Tarvis. Ven.s et Sapientes Viri DD. Galeottus del Cornu decret. Doctor Decanus et Canonicus; Johanes de armano Decret. doctor. Amadeus thedori. Donatus de Zuchareda Decret. doctor, Cristophorus de Feleto artium et Decret. Doctor. Amadeus de Mugla omnes Canonici dictae eccl.ae Tarvis.ae facientes et constituentes integrum Cap.lum dictae eccl.ae. Cum nullus alius Canonicus sit in civitate et diocesi Tarvisina, qui ad dictum Cap.lum possit, et debeat evocari, nisi D. Franciscus de Bladino, qui erat extra Civit. Tarv. tunc: in quo quidem Capitulo prefati R.mus D. E.pus et DD. Decanus et Canonici praedicti pro honore dictae eccl.ae, et ut divinus cultus augentur (*sic*) propter frequentationem assiduam tam DD. Canonicorum, Mansionariorum, et Praebendatorum, et ut omnes percipiant, ut juris est, monumenta et comoditates dictae eccl.ae;

Statuerunt, et ordinaverunt, de caetero sic debere observari: et pr.o: quod de introitibus mensae Capituli, et dictae Commissariae DD. Decanus, Canonici, et Vicarius perpetuus et mansionarii dictae eccl.ae percipiant, et accipiant hoc modo,<sup>2</sup> vid. D. Decanus, Canonici, et Vicarius perpetuus venientes ad horas matutinales et missam conventualem et vespas, pro singula dictarum horarum soldos quatuor parv. et mansionarii percipiant, si venerint ad dictas horas, pro singula, tantum, unum mezaninum, qui est quantitatis precii denariorum sexdecim parvorum pro singulo mezanino, qui pro dictis horis essent soldi quatuor parvorum: hoc tamen salvo, quod Decanus, et quilibet Canonicus, Vicarius perpetuus venientes ad primos vespas, matutinum, missam conventualem, et ad secundos vespas S. Petri habeant, et percipiant libras sex parvorum, et quilibet Mansionarius veniens ad praedictas horas habeat et percipiat sol. quadraginta parvorum.

De introitibus autem aequaliter, sic debeant aequaliter dividi vid. pro singulo praedictorum DD. Decani, Canonicorum, Vicarii perpetui, Mansionariorum, et Praebendatorum dictae eccl.ae, qui venerint, et interfuerint officiis divinis horarum, matutini, missae, et vesperorum, . . .

<sup>1</sup> (*a lato, in margine sinistro*) Ex.

1460. 12. Augusti. Institutio distributionum quotidian. ex mensa aequaliter.

<sup>2</sup> (*come sopra*) S. IV. S. I. p. 4.

percipiant pro singulo eorum, qui in dictis officiis interfuerint pro singulo ipsorum officiorum, et horarum unum mezaninum ad rationem valoris mezanini superius declarati: declarantes, quod si quis praedictorum fuerit absens, quum occurrerit, vel celebratur aliquod anniversarium fiendum in dicta eccl.a, de quo debeat fieri aliqua distributio; Talis absens aliquam portionem de dicto mezanino in die pro diebus octo ante non percipiat aliquid, etiam si praesens interfuerit horis divinis; et ultra praedictam poenam nihil percipiat de funeribus, et aliis incertis occurrentibus infra praedictos octo dies: et hoc ut praedicta Anniversaria juxta voluntates defunctorum solemniter celebrentur.

Et praedicta incipere voluerunt primo die mensis Octobris proxime futuri perpetuis temporibus duratura.

Ego Nicolaus q. S. antonii de maserata pub. imperiali auc.te Not., civisque et habitator Tar., quia suprascriptis omnibus dum sic, ut supra scriptum est, fierent, unam cum suprascriptis testibus interfui, et ea in nota sumpsit, ideo rogatus et requisitus hoc pub. instrumentum manu alterius, me aliis occupato, scriptum in hanc publicam formam fideliter confeci, et exinde redegi: et me cum solito signo meo subnotavi in fidem et testimonium omnium praedictorum.

Nota: Membrana originalis habetur in Archiv. Cap.li inter pergamenas rotuli inscripti ab extra "Acta authentica, quibus Cap.li Jura et praerogativae illustrantur".

(*settimo fascicolo - carta 131.*)

### **Statutum Eccl.ae Tarvisinae.**

ex eodem libro fol. 180.<sup>3</sup>

Bernardinus<sup>4</sup> de (*in margine sin qui*) Nordis decret. Doctor Decanus, et Can.cus Collegiatae Eccl.ae B. Mariae Civit. Austriae aquilejens. diocesis R.mi in Xp.o P.ris et D. Francisci Barocii<sup>5</sup> ju. doctoris, Dei et Ap.licae Sedis gra. e.pi Tarv.i Vicarius et Locumtenens generalis:

universis et singulis clericis in Cathedrali eccl.a Tar. Beneficiatis, quos tangit infrascriptum negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, salutem in Domino sempiternam.

Suscepti Regiminis nos cura solliciti, ut utilitatibus subiectorum, et reformationi eccl.arum in illis praecipue, per quae animarum saluti consulitur, et cultus divinus augetur, nedum antiquarum innovatione, verum etiam novarum editione constitutionum solcite providere curemus. Sane, cum sicut rerum experientia docet, compluribus annis fructus, redditus, et proventus huius almae eccl.ae Cathedr. Tarvis. et eius vener. Cap.li spectantes et pertinentes ad distributiones quotidianas inter DD. Decanum, Can.cos, Mansionarios, et alios eiusdem eccl.iae Praebendatos pro modo uniuscuiusque frequentationis eccl.ae, et interessentiae divinatorum officiorum, prout dictant Sacri Canones, et aequitas rationis exposcit, non fuerint divisi, sed indifferenter, nulla habita personarum discretione, vel potius ad arbitrium distribuuntur: itaque nonnumquam minus percipiunt, qui assidui sunt in eccl.a, et divinis, quam negligentes in grave scandalum cleri et animarum damnationem, et evidens eccl.ae ipsius detrimentum, quae jam a debita divinatorum celebratione penitus destituta reperitur, et in dies magis desolatur;

Nos cupientes, quantum cum Deo possumus, ut tenemur, de consensu, et provida deliberatione praefatorum DD. Decani, Canonorum, et Cap.li indemnitati ipsius eccl.ae consulere, et clericorum, qui solcite in eadem deserviunt, utilitati providere; inhaerentes eciam litteris Ap.licis, per b. m. Pii PP.II., et in Xp.o P.ri et D.D. Marco Barbo tt. S. Marci Sac.S. R. E. Pb.ro Cardinali tunc E.po Tarvisino pro utilitate istius eccl.ae concessis praesenti constitut. p.petuis temporibus duraturam Statuimus, et ordinamus, praefatos redditus, et proventus de caetero ditribui debere ordine infrascripto. . . .

<sup>3</sup> (*a lato, in margine sinistro*) ex/.

<sup>4</sup> (*come sopra*) I. Beraldinus

<sup>5</sup> (*come sopra*) Fr. Barocius renu. e.pus Tar. an. 1466.

Vid.t. Quod de fructibus, et redditibus, qui distribui debent aequaliter tam inter DD. Decanum, Can.cos, quam Mansionarios et alios Praebendatos, unusquisque interessens divinis officiis percipiat singulis diebus soldos quatuor, et in diebus festivitibus solemnibus infrascriptis de redditibus Cap.li D. Decanus, et quilibet Can.cus ultra suprascriptos sol. duodecim percipiat sol. 36., et quilibet Mansionarius ultra soldos quatuor percipiat soldos duodecim<sup>6</sup>. Ita tamen quod praefati clerici qui defuerint punctentur<sup>7</sup> in matutinis, missa, horis, et vesperis, secundum antiqua ipsius eccl.ae Statuta, et qui defuerunt pro singulo puncto ammittant terciam partem distributionis illius diei, et satisfiat per syndicum Cap.li clericis praedictis, praedictis distributionibus de praedictis fructibus, redditibus, et proventibus in bladis, vino, et pecuniis, aequalitate servata. Itaque unusquisque ex ipsis clericis pro rata sui lucri tantum habeat in frumento et vino, quantum alter in ratione librarum sex pro singulo stario frument, et librarum vigintiquatuor<sup>8</sup> pro singulo plastro vini.

Sit tamen in facultate praefati Venerandi Cap.li taxare precia praedicta frum.ti et vini in plus et minus, secundum quod eis videbitur expedire, attentis quantitate ipsorum fructuum et numero clericorum in ipsa terra (sic l. eccl.a) residentium.

Ita quos dicti redditus sufficere valeant pro dictis distributionibus modo supradicto per totum circulum anni, et ut huiusmodi constitutio facilius, et commodius suum consequatur effectum, Statuimus et ordinamus, quod pro singulis annis eligatur a praefato Cap.lo unus syndicus cum provisione et salario convenienti, ita tamen, quod non excedat libras ducentas<sup>9</sup>, qui exigere et gubernare habeat dictos fructus, redditus, et proventus, et praestare debeat idoneam fidejussionem de bene, et legaliter exigendo, gubernando, distribuendo modis et formis superius et inferius descriptis, et ordinatis dictos fructus, redditus, et proventus, et in fine officii de gestis et administratis per ipsum debitam reddere rationem, et eidem sicut et Capitulo integraliter satisfacere, si debitor remanserit, et singulis tribus mensibus per praefatum D. Decanum et, eo absente, antiquiorem Canonicum cum massario et punctatore calculentur omnes damni et lucri uniuscuiusque ditorum clericorum, quibus rationibus factis, dictus syndicus illico teneatur et obligatus sit integraliter satsfacere, omni exceptione remota, cuiuslibet ipsorum clericorum lucrum et meritum suum modis et formis praedictis, etiam si per ipsum Syndicum dicti fructus, redditus, et proventus nondum fuerint exacti.

Festivitates vero ac dies, de quibus sup.s facta est mentio, sunt infrascripti vid.<sup>10</sup>  
 Nativitatis Domini cum duobus sequentibus diebus. Circuncisionis Domini. Epiphaniae Domini. Purificationis B. M. V. Annunciationis eiusdem. Dominica Olivarum. Feria quinta, sexta, sabbatum majoris hebdomadae. Resurrectionis Domini cum duobus sequentibus diebus. Sancti Liberalis. Ascensionis Domini. Penthecostes cum duobus diebus sequentibus. S. Trinitatis. SS.mi Corporis Xp.i. S. Jo: Baptistae et SS.rum Ap.lorum Petri et Pauli. Visitationis B. M. V. SS:rum Hermacorae et Fortunati. Assumptionis gloriosissimae B. M. V. Nativitatis eiusdem. S. Hieronimi. Omnium SS:rum. S. Prosdocimi. SS.rum Theonisti T. et T. Conceptionis beatissimae V. M.

Bonistortus Not. mandato. p. (?)

<sup>6</sup> (come sopra) S. IIII. Sol. XII. Sol. XXXVI.

<sup>7</sup> (come sopra) punct.

<sup>8</sup> (come sopra) L. 6. L. 24.

<sup>9</sup> (come sopra) Salario del Sindico che non passu L. 200.

<sup>10</sup> (come sopra) Festivitates Eccl.ae Tarvis.